randi primo consuetudinem iniecit, duobus olea
connexis ramulis clarum Periclis eingeudo caput.
Probabile institutum, rem sive personam metu-
eri velis; Nam et nistatis uberrimum alimen-
tum est bonos, et Pericles dignus, a quo ta-
lis muneris dandi posteritas potissimum initiu
caperet. Valer. Max. l. 2. c. 6. 2. *exempli gratia* s.
Fertur quidam cum admodum senex prima con-
cioni Periclis interesset adolescentuli, idemq,

juvenis Pisistratum jam decrepitum concio-
nantem audivisset, non temperasse sibi, quo minus
exclamaret, cavere illum civem oportere, quod
Pisistrati orationi simillima eius esset oratio.
Nec hominem aut aestimatio eloquii aut morum
augurium fefellit. Quid enim inter Periclem inter-
fuit? nisi quod ille armatus, hic sine armis ty-
rannidem gessit. Val. Maxim. l. 8. c. 9. Joseph.
Cum obscurato repente Sole inusitatis perfusa
tenebris Athenæ solitudine agerentur, interitum
sibi coelesti denunciatione portendi credentes, Pe-
ricles processit in medium, et quæ à Præcepto-
re suo Anaxagora pertinentia ad solis et Lunæ
cursum acceperat, disseruit: nec ulterius trepida-
re cives suos vano metu passus est. Valer. M.
l. 8. c. 22. Alcibiades ille, cujus nescio utrum
bona, an vitia patriæ perniciosiora fuerint:
illis enim cives suos decepit, his afflicti: cum
adsuc puer ad Periclem Avunculum suum
venisset, eumque sacro tristem edentem vidi-
set, interrogavit, quid ita tantam in multa
confidentiam gereret. At illo dicente, ^{signum} ~~maximam~~

to se civitatis Propylæa Minervæ, quæ sunt
Januæ arcis, ædificasse, consumptaque in id opus
ingenti pecuniâ, non invenire, quo pacto mini-
sterii rationem redderet, atque ideo conflictari.
Ergo, inquit, quare potius, quemadmodum ra-
tionem non reddas. Itaque vix Amplissimus
atque prudentissimus suo consilio defectus, pueri
usus est, atque id egit, ut Athenienses finitimo
bello implicati, rationibus exigendis non vacarent.

Valer. Max. l. 3. c. 2. §. 2. Diodor. Princeps Athe-
niensium Pericles, intra quadraginta duobus muni-
cipis adolescentibus filiis spoliatus, iis ipsis di-
ebus et vultu pristinum habitum retinente, et ora-
tione nullâ ex parte infractione concinnatus est.
Ille vero caput quoque solito more coronatum ge-
rere sustinuit, ut nihil ex veteri ritu propter
domesticum vulnus detraxeret. Non sine causa
igitur tanti roboris animus ad Olympii Jovis
cognomen adscendit. Valer. Max. l. 8. c. 20.

Is Pericles inquitur Olymp. 87. anno 4to. In
Muscis habuit Damonem, in Philobolus
Damonem Neatem. in Noquantia Anaxa-
goram. Hunc tonare et venens in lingua Clame-
nicæ.

fulmen gerere dicebatur Plutarco b. Pericl.
Vid. infr. De facultate dicendi. Flor. Orat. c. 24
In dicendo adhibuit saepe circumspice-
tionem ut quoties accederet ad Orati-
onem Deos precaretur, ne sibi verbum
ullum excideret, quod non ad rem faceret.
Cum ab impuro somine corvitiis publi-
ce proscinderetur, tantam tolerantiam susti-
nuit, ut nec ullum verbum mutuisse
feratur. Cum quidem profligatissimus
Sarra, ad fores sub noctem caret, con-
vitiando porgeret, tandem ipsum per
servum domum deduci iussit. Huius
vox cum mororatur est praecleara, Nam
cum eius amici assiderent, multa de
Olympe ejus virtute memorassent respondit, haec
esse fortuna, dicerent aliquid quod esset
Virtutes, se hoc unum addere, ita se
gessissent, ut nemo civium coactus sit
pullam vellem sibi causam gestare.
Natus est Plato circa haec tempora
Olympe 88. Dicitur esse primus Aristoteli

Stoico, deinde Plato vel ab latitudine
lumeris, vel ab amplitudine doctrinae
vel a lata fronte. Somniavit aliquan-
do Socrates sibi oloris pullum in qui-
mo esse, qui semper datis aliorum
lari questionibus suavisimos cantus edi-
disset. Quem Platonem Socrates vi-
disset, dixit, sic est ille olor, quem
somniavi.
Anno aetatis 20. audivit Socratem,
20 Megaram ad Eucloem, deinde
Cirenae venit, postea in Italiam, in
Aegyptum, ad Protophas ivit, et co-
mitem habuit Euripidem. Ad Magos
voluit ire, sed propter Alia bellam
noluit. Reversus est Athenas, et in sta-
demia commemoratus est, qui ubi quid
discere posset, ibi sibi venientiam du-
cebat. Cic. Tusc. Quarta.
Ejus Posteri dicuntur Academiae
Academia, et si pinus a tubi loco esset
tamen ibi voluit docere, feto, ut cor-
poris nimiam bellam sagittudinem. Ita

in salubritate temperaret.
Olymp. 88. Pestis illa ^{prima} recrudescit, quae
ultra 4900 militum absumit et alio-
rum plus quam 10000 millia. De Gor-
gia Leontino Diod. Sic. c. 54. Cum audi-
visset Athenienses eorum quae valere, su-
perbia in Theatrum et dixit: Proponite
quicquid placuerit ego de illa re oppo-
site statim dicam, ne vos deos loquen-
tes putetis. Olymp. eadem Peloponnesii
Athenas, valet, sed ab Atheniensibus
ut Siculum eriperent rursus impediuntur.
Lacedaemonii Plunio ^{siderant} vicissim
ab Atheniensibus confiduntur, eo redacti
ut pacem ab Atheniensibus peterent, quae
cum iniquis conditionibus proponerent
non fuerunt accipere.
Olymp. 89 Brasidas Lacedaemoniorum
Dux mittitur in Thraciam, ubi urbes
quasdam Atheniensium, non magis ar-
tis quam humanitate ad delectio-
nem ^{excitant}. Inter eas priores erat
Poliopolis. ^{Dux} Thucydides Atheniensium

hujus belli scriptor tardius illi usque
opem tulisset, exigo multatus est, cum 20 annos
tamen Syona adversus Brasidam de-
fendisset. Annuae induciae fiunt inter
Athenienses et Lacedaemonios. Itidem
Pax in 50 annos, sed servata non fuit
eliv.
F. Vid supra de Pericle. Cic. 3 Orator. Quid
Pericles? de cuius dicendi copia sic accipi-
mus, ut cum contra voluntatem Atheniensium
loqueretur pro salute Patriae, sepevis tamen
ipsam, quod ille contra populares homines
diceret, populare omnibus et jucundum videretur,
cujus in labris veteres Comici, etiam cum illi
male dicerent, (quod tamen Athenis fieri licebat)
leporum habitasse dixerunt: tantumque in eo-
rum fuisse, ut in eorum mentibus, qui audissent,
quasi aculeos quosdam relinqueret. At tunc non
declamator aliquis ad clepsidram latere docu-
erat, sed, ut accepimus, Clazomenius ille Ana-
xagoras, vir summus in maximam rerum sci-
entiam. Itaque sic doctrinam, consilium, eloquentiam
excellens, quadraginta annos praefuit Athenis;

et urbanis, eodem tempore et bellicis rebus.
Sed redeamus ad Platonem: de quo Valerij
Maximij l. 1. c. 6. agit, et enarrat prodigium
aliud quàm illud, quod de Socrate supra dixi-
mus d. 2. fol. 6. Hoc namque accidit in nati-
vitate, idè paulo post, illud cum jam perire
adolevisset. Ita dicit Max. Formicis Mida
jure meritoq; apes Platonis pratererim; ille
enim (sc. Formicæ) caducae et fragilis, læso-
lida et aeterna felicitatis indices fuerunt,
dormientis in curis parvuli labellis mel in-
serendo. Quâ re auditâ prodigiorum interpre-
tes, singularem eloquii suavitatem ore eius e-
manaturam dixerunt. At mihi quidem illæ apes
non montem Hymettum t'byri flore redolentem,
sed Musarum Heliconios colles, omni genere
doctrinæ videntes, Deorum instinctu depa-
maximo ingenio dulcissima alimenta summa ab-
quentia infillasse videntur. Hæc Valer. de
Prodigiis, quæ in curis ipsis cum eo natura-
tur. Pergit idem Maximus Singulari

Moderationem animi laudare l. 4 c. 1. Sic enim
dicit: Nimis liberalis Arcbyte Moderatio,
Platonis temperatio: nam cum adversus deli-
ctum servi vehementius exarsisset, veritus, ne
ipse modum vindictæ dispicere non posset, Spen-
ippo amico castigationis arbitrium mandavit,
deforme sibi futuram existans, si commississet,
ut parem reprehensionem culpâ servi et animâ
versio Platonis mererentur. Quo minus miror,
quod in Xenocrate suq; tam constanter moderatus
fuit. Studierat enim de se multa impiè locutum: sine
ullâ circumscriptione criminationem respuit. Instabat
certo vultu Index, causam quærens, cur sibi fi-
des non haberetur: adjecit, non esse credibile,
ut quem tanto perè amaret, ab eo invicem non
diligere. Postremo cum ad iusiurandum inji-
micitias serentis malignitas confugisset; ne de per-
jurio ejus disputaret, affirmavit nunquam Xenocræ-
tem illa dicturum fuisse, nisi ea dici expedi-
re sibi judicasset. Non in corpore mortali,
sed in arce coelesti, et quidem armatum ani-

num ejus, vita stationem putes peregrisse, su-
manorum vitiorum incurfus à se invitta pu-
quâ repellentem, cunctosq; virtutis numeros
altitudinis. Sive sua clausos custodientem.
Hujus Platonis genus Patriam notat Thysius
ad hunc locum. Plato, inquit Aristote Pa-
tre, matre Perictiona, sive Potonâ Athenis
natus est. Mater à Solone genus duxit.
Aristotem vero Patrem à Crodio Melantisi-
lio originem ducere tradunt; qui à Nepta-
no itidem sanguinem trahere, Brasyllo teste
memoratur; adeò ut Plato sic possit à Proano
et Atavis referri in numerum Deorum.
Nunc porro Thysius. Tradit Heraclides
Platonem adeò verecundum, adeq; mente com-
positum fuisse, ut nunquam ridere, nisi no-
dice, deprehensus sit. Ingresso aliquando Xe-
nocrati, cade, inquit, hunc puerum, nam ipse
quod iratus sum, nescio. Cuidam item servorum
delinquenti, jam, inquit, te verberibus concidi-
sem, nisi iratus essem. Hic dissonit à Va-

lerio Diogenes Laertius, eo etiam, quod non
Speusippo servum puniendum, sed Xenocrati
traditum dicit, quod verisimilius est. Nam Speu-
sippus, ut ait Diogenes, perstitit quidem in-
tra Platonis dogmata, etsi moribus eisdem non
fuit, namque & iracundus et voluptatibus dede-
rat manus. Habuit Plato, ut dicit idem Vale-
l. 7 c. 2. hanc sententiam in ore. Tum demum
beatum terrarum orbem futurum, cum aut sapi-
entes, regnare, aut Reges sapere coepissent. Mel-
ti hoc præterea ex Platone l. 8. de Republ. re-
petiverunt. Prudentius enim Poëta l. 1. contra
Symmachum:

Nimirum pulchre quidam doctissimus esset
Publica res, inquit, tum fortunata satis, si
Vel Reges saperent vel regnarent sapientes.
In ore habuit perpetuo Antoninus Philopppus
egregius ille princeps teste Capitolino. De præ-
ceptoribus, et sapientia ita porro loquitur no-
ster Valer. l. 8. c. 7. Plato patriam Athenas,
Præceptorem Socratem sortitus, quod supra di-
ximus d. 2. fol. 6, et locum et hominem do-



ctrina fertilissimum; ingenii quoque divi-
nâ instructus abundantia: cum omnium jam
mortalium sapientissimus haberetur, eo qui-
dem usque, ut si ipse Jupiter coelo descendi-
sset, nec elegantiore, nec beatiore facundia
usus videretur. Aegyptum peragravit, dum
a sacerdotibus ejus Gentis Geometriae mul-
tiplices numeros atque coelestium observati-
onum rationem percipit. Quoque tempore à
Studio sis juvenibus certatim Athenæ Plato-
nem doctorem quærentibus petebantur; ipse
Nili fluminis inexplicabiles ripas, vastissi-
mosq; campos, effusam barbariem, et flexu-
osos fossarum ambitus, Aegyptiorum seram
discipulus lustrabat. Quo minus miror, cum
Italiam transgressum, ut ab Archita Tarenti-
ni, à Timæo, et Arione et Cæto Locris
Pythagoræ præcepta et instituta acciperet.
Tanta enim vis, tanta copia literarum undique
colligenda erat, ut invicem per totum terra-
rum orbem dispergi et dilatarî posset.

Olymp. græcâ nascitur Xenocrates Philosophus,
fuit Calcedonijs. Primis annis, fuit Plato-
nis discipulus, Sebeti ingenio quem cum con-
ferre vellet Plato Aristoteli, dixit alterum
egere frano, alterum calcaribus. Item, cui ^{Val. l. 2.}
equo quem asinum jungo. ^{ult.} Ejus verba tantam
habuerunt ponderis, ut cum nulli jurato
crederent Athenienses ipsi crederent. ^{7 c. 2.}
Maxim. l. 2. c. ult. ^{l. 4. cont.} Quantum porro honoris
Athenis Xenocrati sapientia pariter ac sancti-
tate clarò tributum est. Qui cum testimo-
nium dicere coactus ad aram accessisset,
ut more civitatis juraret, omnia se vere
retulisses, universi iudices consurrexerunt, pro-
clamatumq; ne iusjurandum diceret. Quodq;
sibi metipsis postmodum dicenda sententia
locum remissuri non erant, sinceritati ejus con-
cedendum existimavunt. Mos autem jurandi
apud Athenienses sic erat: Testimonium apud
Athenienses, vel coram dicebant testes, vel testi-
monium tabulis inscriptum dabant, idq; se.

ge sancitum, ne quis testimonium corruppat
vadat, matet. Testatur id Demosthenes
et tamen scilicet. Atque Socrates
ut idem Demosthenes testatur erant exasciati
et expolitae. Inter testandum, aurem in mare
vellebant. Unde in Etymologico, Νομοί
πολλοί ἐκείνην ἡμέραν ἐκείνην τῆν, Ἄκου-
στρούκωτα ἄνωγόν. Testimonio dicto in
liberorum capita jurabant se vera dicere.
Eodem anno Hegestari in Sicilia cum Seli-
nuntis contententes de Finibus, expe-
tunt societatem Atheniensium, qui lega-
tos miserunt ad inspiciendas Sic. opp.
Thucyd. l. 6. Piod. l. 12. c. 82. quod quam
praclare scripserit Thucydides notat Plut.
Nicias. In hac historia belli Siculi supra
summam vim eloquentiae Thucydides ver-
satus est. Decernunt Athenienses auxilia-
res copias mittere, qui inducti cupidita-
te imperandi Sicilia, hoc tamen egregie
tegebant, et confederatis se adhibita la-

tueros simulant. Dissuasit hoc bellum Ni-
cias, dicens difficile esse et illos cum La-
cedaemoniis prevaleri, et magnas copias
trans mare ducere. Alcibiades suadet
et persuadet oratione sua. Orationem
utriusque Thucyd. Mittitur igitur classis
134 navium duce Alcibiade. Nicias et
Lamachos Olymp. gr. c. 2. Just. l. 7. c. 4. l. 9. c. 7.
Plutarch. Nicias. Cornel. Nep. Alcibiades.
Alcibiades deinde profugit ad Lacedae-
monios. ut ap. Cornel. Nep. Interim
Siculi, et Syracusani bellum ab Atheni-
ensibus illatum fortiter excipiunt, et socios
assument Lacedaemonios. Athenienses
ipsam urbem Syracusas obsidere incipi-
unt, ubi Lamachos accumbit et Ni-
cias solus remansit. At Athenienses
nunciavit, sibi periculum imminere nisi
supplementum mittatur. Mittunt igitur
Eurymedoxem et Demosthenem cum

4
supplemento. Lacedaemonii Philippum
Syracusas mittunt cum exercitu, qui
victus mox victor evasit, unde animus
additus est Syracusanis. Factionem
praeterea Lacedaemonii in Peloponneso
suo bello solvunt. Olymp. 92, 204.
Lacedaemonii duce Agide Atticam
vastant, et Athenienses magnam
cladem sunt perussi. In Sicilia vari
pugnatum est terra marique. Tandem
Athenienses cum nocte sedere
vellent, conturbata sunt nares eorum
et in hostium manus devenerunt.
Syracusani Eurymedonte et Demo-
stheni occisis, reliquos in lapidicinis
destruxerunt, ubi foetore cadaverum
et caeli intemperie misere nocati.

Dial. 1. 7. s.
Diod. 15. 39.
de elem.



Nicia ult. Plutarchus scribit captivos quosdam liberatos fuisse qui Sycipidis carmina recitare potuissent. Qui deinde maximas gratias egerunt Euripidi, quod tales verbera scripsisset, quibus sibi victam quaerere posset apud hostes.

Olymp. 92. anno 1. Ob res infelicitate gestas contemni coeperunt Athenienses. Naevii, Samii, et alii populi deficiunt ad Lacedaemonios. Ipse populus perturbatus hoc rerum statu, addicat populo se imperium et 400 viros eligunt, qui Rempublicam administrarent. Huius rei caput erat Antiphon Rhetor. Hi 400, cum imperium nimis asperere gererent, statim sunt depositi officio, cuius causa fuit Theramenes, qui inter 400 primus erat, et defecit ad plebem. Postea 400 numero derogantur 5000 civium. Alcibiades decreto facto, in urbem reditus

tur, qui restauravit res Atheniensium et vicit Lacedaemonios ad Syzium, et caeteri sunt pacem petere ab Atheniensibus ad quam modestissimi quidem inclinarent sed alii nosebant. Itaque eos poenituit gravi consilii, ubi nihil prodesse potuit.

Circa haec tempora Thucydides Syzium abrupit, et Xenophon contineat, ille primus. Thucydides libros in lucem produxit cum pro suis posset venditare.

Demosthenes octies sua manu descripsit. Laudes Thucydides scripsit. Olymp. 92. anno 1. Alcibiades multis civitatibus peritis magnam gloriam ab Atheniensibus est perceptus. Cum magna classe Cariam et Andrum navigat. Cum Legatus ejus infelicitate rogasset Alcibiades imperium abrogant et Cononem submittant.

Olymp. 92. anno 3. Euripides moritur in Macedonia. Aristoteles tanti fecit



Gell. l. 10. ut eum secretis consiliis admitteret. Alii
Val. Max. occisum à Decamacho alii à mulieribus
dilaceratum volunt. Angius Suprema Arde-
laus; non contextus sumptu furoris crinon
tonsus est, et negrorem quem animo tene-
bat, vultu publicavit. Ad mortem Saripidis
Absenienses luxisse feruntur.
Quod supra de iuramentis Abseniensium di-
ximus 2. 3. fol. a. Sic jam pergitur dicere
nimirum testes, qui de re capitali, puta homici-
dio, testimonia dicere, oportebat ad caesa
porrecta Suovetaurilii iusiurandum concipere,
et si falsa dicerent, sibi suaeq; familiae
dira imprecabantur. Val. Max. ad locum al-
Xenocratis Maximi supra dictum. De eius abstinentia
insignem narrat Historiam Val. Max. l. 4
c. 3. Abstinentis senecta Xenocratem fuisse
accepimus; cuius opinionis non parva fides
erit Narratio, quae sequitur. Pryne nobile
Absenis sortum iuxta eum vino gravem ac-

cabuit ipse pervigilio, pignore cum quibusdam
mucenibus posito, an temperantiam ejus cor-
rumpere posset. Quam nec tactu, nec sermone
asperxatus, quoad voluerit in sinu suo morari,
irritam propositi dimisit. Factum sapientia
inbuti animi abstinens: sed meretricula dicitur
quoque perquam facetum. Deridentibus enim
se adolescentibus, quia tam formosa, tanque elephas
poti seris animum illecebris pellicere non potuis-
set, pactumq; victoriae pretium flagrantibus: de do-
mine se cum iis non de statuâ pignus posuisse
respondit. Potestis hoc Xenocratis continentia
a quoquam magis verè ^{expressi} quam ab ipsa mere-
tricula expressa est? Pryne pulchritudine
suâ nulla ex parte constantissimam ejus ab-
stinentiam tabefecit. Fuit Xenocrates fla-
tbonoris filius, et Chalcedonius ut supra di-
ximus. Erat seupro habitus acore: in A-
deniâ vixit plerumque; si quando aefar-
bem proficiscebatur, turba omnis imperatorum



eius transitum observabat, eius inquietam
di gratia. Thylas ad supra dict. ^{maxima} frater hoc responsum dicta sapienter lo.
Idem Thylas ad locum Valer. M. ubi agitur
de Polemone l. 6. c. 9. Sic ait: Xenocrater
fuit prestantissimus Stoicus, de quo apud
Plutarchum legimus. Cum eum forte vidit
Agesilaus disputantem in Gymnasio adma
dum senem, dicitur interrogasse, quisnam es?
Tunc quidam respondit: Et unus ex his,
qui virtutem quarunt. Tum ille: Quomodo
is virtute, inquit, utetur, eam si nondum inve
nerit. Sapienter ab ipso dicta laudat Val.
Maximus. l. 7. c. 2. S. m. Quid? Xenocrate
tis responsum, quam laudabile! cum male
dico fermori quorundam summo silentio inter
esset; uno ex his quarente, cur solus ita lin
quam suam cohiberet; Quia dixisse me, in
quit, aliquando poenituit: tacuisse nun
quam. Geminum huic recen. et Thylas ad

eiusdem locum: Huius Philo. 121, inquit, et
quatur; nam hoc imprimis non quasi simile
superiori dictitare solebat, multa quidem qu
dienda, pauca vero dicenda, quoniam somi
nibus os unum et aures duas Natura dedi
isset, rursus injuriam illatam infamem eo
inferenti, non patienti. Item, cum incidisset
in obtrectatorem et maledicentem ab eo
quamprimum fugiens ait: Tu lingua tua
servus es, ego v. mearum aurium dominus
sum. Pari ratione, cum vidi set duci furem
ad supplicium, dixit Fures maiores trahant
supplicio minores. Sed à Xenocrate redimus
ad Thucydidem, de quo Plin. l. 7. c. 30 sic lo
quitur: Thucydidem Imperatorem Athenienses
in exilium egero, rerum conditorem revocavere,
eloquentiam mirati, cuius virtutem damna
verant.



De Euripide Poeta loquitur Gellius. l. 15. c. 2.
Euripidis Poeta matrem Theopompus agnoscit
olea vendentem victam quassisse dicit. Videtur
plura de eius genere, nos de fine vite sic
tantam agemus. Euripides, quum in Macedo-
nia apud Archelaum Regem esset, utereturque
Regi familiariter, rediens nocte ab eius coena
canibus a quodam canulo impissis dilaca-
ratus est: et ex his vulneribus mors secuta est.
Sepulchrum a eius et memoriam Macedones eo
dignati sunt honore, ut in gloria quoque loco
praedicarent; *ἕως τοῦ τοῦ ἑκείνου ἔτι*
ἔστωτος, quod egregius Poeta morte obita
sepultus in eorum terra foret. Quamobrem cum
legati ad eos ab Atheniensibus missi, petissent
ut ossa Athenas in terram illius patriam per-
mitterent transferri; maximo consensu Ma-
cedones in ea re deneganda perseverant. De
canum morfu asserit etiam Valer. l. 9. c. 12. Atrox
aliquanto Euripides finitus est. Ab Archelaum
enim regis coena in Macedonia domum
talem prope tene, canum morsibus lacroratus
delitus facti; tanto in peris non debita

Circa Olympiadem 92. Vixit Diagoras
Melius Philosophus. Aie propter im-
pietatem cum Protagora ejectus est in
exilium, et quod mysteria Atheniensium
vulgasset. Proverb. Graecum. Diagoras
Melius. Vocabant ipsum Absor
Eadem Olympiade, et eodem anno Sopho-
cles cum Euripide mortuus est, de quo
supra diximus. Nam ultimam exsi-
bens fabulam in tantam laetitiam se
effudit, ut expiraret, Lucianus dicit
eum suffocatum cum acinum uvae deglu-
tisset. A filio accusatus delirii est, sed
cum fabulam exhibisset filium iudices
condemnaverunt delirii; Aristophares
Interpres refert eum dixisse tunc tempo-
ris, Si Sophocles sum non deliro, 180
Si deliro Sophocles non sum. Olympi-
adem 93. anno 4. Amiserunt Athenienses
classem 180 navium, sub Cicone, et

omnes Atbeniensium civitates, perpe-
nerunt in potestatem Lyandri. Laca-
demonii ipsos obsederunt, et castra po-
suerunt in Academia. Cumq; iam terra
marisq; obsederentur arctè, petierunt
pacem, quam iniquis Lacedaemoniorum
conditionibus impetrarunt: nempe ut
diruerent murum Piraeum, et naves o-
mnes ipsi traderent exceptis 12. cederent
omnibus urbibus. Lyander tibicinas
vocavit, et ad illorum centum muros
disiit et naves incendit ut se subji-
cerent Lacedaemoniis. Permittitur
a. iis more Patrio Resp. administrare.
Sunt qui Oligarchiam stuentes Lyan-
dram ad opem voluerunt sollicitare. Lyan-
der ipsis auctor est 50 viros delegant
per quos Resp. administraretur.
Nemine si quidem Reguli erant,
sed revera nihil aliud quam

D. S. Lyander vocavit
lib. 1. c. 8.

qui, Resp. publ. perturbabant, et cives tra. V. 1. d. 2.
cidabant, inter quos Theramenes. Cum
ita se viretur in ciues, plerique ditiores
profugiunt ex urbe. et Isocrates 5000
ad Piraeum confugisse dicit. Laceda-
monii mandabant, ne qua Graeciae civitas
exules Atbenienses reciperet, cui edicto
Aegivi et Thebani parere poluerunt. Sen. d. T. c. 3.
Triginta illi Tyranni Alcibiadem per
missos barbaros trucidarunt. Inter
exules erat vir strenuus Trasibulus
qui cum triginta bellum gessit, Pira-
eum et Munichium occupavit, et cum
triginta illis congressus, tandem ad
ipsam urbem obsidendam perrexit, tunc
Magistratus abrogavit tyrannic et
concesserunt Plexsinan. Deinde 10
viros elegerunt, qui eadem tyrannice
usum. Quod cum Pausanias Lex Lace-



678 fz.

demoniorum audivisset cum exerci-
tu venit Athenas, et decem Tyrannos
ad alios migrare iussit. Hi eieci
bellum inferunt Atheniensibus, sed
capti tanquam patriae victimae frui-
dantur. Trajanius legem dedit, ne
quis anteactarum rerum meminisset
quod illi legem oblivionis dixerunt
Graece τὸ τῆς ἀμνησίας ψήφισμα.
Xenophon. vocat αὐτὴν ἀμνησία
ἢ ἄμνησις. Et Aesop. Orat. cont. Cleobolus.
τὸ ἀμνησίον ἐκ τῶν ἀμνησιῶν
αὐτὴν ἀμνησία. Mithridates dicitur,
qui injurias non obliviscitur.

Val. M. l. 4. c. 8.
Dionys.
Lat. l. 2. c. 58.
Dionys.
l. 2. c. 17.

sed ulcisci et alteri nocere cupit.
Amnesia etiam sub Augustiano delictorum
publicorum decreta est de exemplo Athe-
niensium. Orosius vocat ἀμνησίαν ἀποι-
tionem malorum.
Post bellum Pelopon. floruit

tor, et vixit ad imperium Philippi De
moistenis Praeceptor. Tempore belli Pelopon.
vixit Timon Milesiense. Alcibiades
amabat, quod videbat eum futurum cau-
sam magnorum malorum. Olymp. 95. a.
Socrates sceleratorum hominum calum-
niam accusatus, quasi a lienis Deos co-
leret et juventutem corrumpere, damnatus
conjectus est in carcerem, ubi cicutam
bibit, cum ante de immortalitate ani-
ma orasset. Invidia in eum conflata
est ideo, quod sapientissimus omnium
oraculo esset declaratus; et quod illos
qui se ipsos magni facerent reprehen-
deret. Athenienses tanta ejus facti ince-
dit poenitentia, ut palaestras omnes clau-
derent, et criminatorem, ne dicta qui-
dem causa supplicium capitis irrogarent.
Socrati aeneam statuam posuerunt. Dion.

629 f3.



Laert. Primum Philosophorum mortuum
esse dicit. Post mortem, Sacratidum
tum prorsus memorabile facinus At-
thenienses perpetrarunt, sed civitas
illorum pessum abiit. Senapius in
Pedeo. Quod supra de Orosio memini-
mus, sic inserere placet de concordia
Atheniensium in rebus afflictis. l. 2. c. 17.
Sapientissimi omnium Athenienses,
etiam suis malis docti, concordia
minimas res crescere discordia maxi-
mas labi, cunctaque vel bona vel etiam
mala, quae foris geruntur, internis esse
radicata et emissa principis domi
abstergere odia, et foris bella pressu-
runt. reliqueruntque posteris suis dem-
onia sui exemplum, de reparatione an-
silium. Si tamen ob infirmisimam su-
mana mentis mutabilitatem, quod in

afflictis rebus consulitur in prosperis
servaretur. Quod de Sophocle supra diximus
sic testimoniis comprobemus. Val. Max. l. 8
c. 7. Sophocles gloriosum cum rerum naturam
certamen habuit; tam benigne misericordiam opera
illa sua exhibendo, quam illa operibus eiusdem
pora liberaliter subministrando. Propè enim
centesimum annum attigit, sub ipsum transitum
ad mortem Oedipode Coloneo scripto; quae sola
fabula omnium ejusdem studii poetarum praer-
ripere gloriam potuit. Idque ignotum esse po-
steris ejus filius Sophoclis, Sophocles, (alii le-
gunt Sophocles) noluit, sepulchro Patris, quae
a retuli, insculpendo. Eius labores, ac perpetuos
sudores describit Cicero Cat. Maj. p. m. lvi.
Sophocles ad summam senectutem Tragoedias
fecit, qui propter studium, cum rem familiarem
negligere videretur, a filiis in iudicium vo-
catus est, ut, quemadmodum nostro more,
male rem gerentibus patribus bonis inter



dici solet, sic illum quasi desipientem à re
familiari removerent Iudices. Tum Senex di-
citur eam fabulam, quam in manibus ha-
bebat, et proxime scripserat, Oedipum Co-
lonium recitasse iudicibus, quasi se q̄, non
illud carmen desipientis videretur. quo recitato
sententia Iudicum est liberatus. Post mor-
tem Sophoclis, Athenienses ad eum malis
sunt fracti, ut ait Just. l. 5. c. 8, ut
post longam famem, et assidua suorum fa-
noru pacem petere coacti sint, qua ardan-
deberet, diu inter Spartanos, sociosq̄ de-
liberatum. Cum multi delendum Athenien-
sium nomen, urbemq̄ incendio consumendam
censerent, negarunt se Spartani, ex duobus
Graeciae oculis, alterum exuturum: pacem po-
liciti, si demissa Pyraum versus muri bu-
cchia desicerent, navesq̄, quae reliquae sunt
traderent. Resq̄ publica ex somatip̄s 70

Rectores acciperet. In has leges traditam
sibi urbem Lacedaemonii formandam Lyfan-
dro tradiderunt. Insignis hic annus et expu-
gnatione Athenarum, et morte Darii Regis
Persarum. Deinde 30 illi, quos Praetores po-
suerat Lyfander, triginta fiunt Tyranni,
quod cum Theramoni displiceret, falso in
illum excogitato crimine, in carcerem conjici-
tur, quae ibi fuerit constantia ad extre-
mum vitae salitum usus docet nos Val. M.
l. 3. c. 2. Nec Theramenis quidem Atheni-
ensis in publicam custodiam mori coacti, parva
mentis constantia, in qua 30 Tyrannorum ju-
su porrectam veneni potionem non indubitan-
ter hausit: quodq̄, ex ea superfuerat, joca-
bundus illi sumo clarum edere sonum coe-
git. Renidensq̄ seruo publico, qui eam tra-
diderat, Critia, inquit, propino: vide igitur,
ut hoc poculum ad eum continuo perferat.

Erat a. is ex 30 Tyrannis crudelissimus. Pro
fecto est supplicio se liberare, tam facile suppli-
cium perpeti. Itaque Teramenes, parinde ac
domestico lectulo moriens, vitam excessit: ini-
micorum iudicio punitus, suo iudicio finitus.
Hisce triginta Tyrannis, quam Absenae mi-
sero laboraverint, docet nos Senec. de Troy.
animi c. 3. Numquid potes invenire urbem
misericordem quam Abseniensem fuit, cum illam
triginta tyranni divellerent. mille trecentos ci-
ves, optimum quemque occiderant: nec finem
ideo faciebat, sed irritabat se ipsa saevicia.
In qua civitate erat Ariopagos, religiosissimum
iudicium, in qua senatus populusque senatui
similis: coibat quotidie carnificum triste colle-
gium, et infelix curia tyrannis angusta. Po-
teratne illa civitas conquiescere, in qua tot
Tyranni erant, quot satellites essent? Ne spes
quidem ulla recipiendae libertatis animis bo-
nerat offerri: nec ulli remedio locus apparetur.

contra tantam vim malorum, unde erim mi-
sera civitati tot Harmodios? Socrates
tamen in medio erat, et lugentes Patres con-
solabatur, et desperantes de Republ. exhor-
tabatur, et divitibus opes suas metuentibus
exprobrabat seram periculosam avaritiae poeni-
tentiam, et imitari volentibus magnum circum-
ferbat exemplar, cum inter 30 Dominos liber
incederet. Hunc tamen Absenae ipsa in carcere
occiderunt: et qui tuto insultaverat agmini Ty-
rannorum, ejus libertatem libertas non tulit.
Et scias et in afflictam Republ. esse occasionem
sapienti viro, ad se proferendum, et in florenti
ac beatam, pecuniam, invidiam, mille alia vitia
inormia regnare. Deinde a Brasibulo, ut su-
pra diximus, lex illa expressa lata est,
quae etiam Ciceronis tempore viguit apud Ro-
manos, ut Patereut. trad. l. 2. c. 58. ibi enim
interfactoribus Caesaris, illud decreti Abseni-
ensem exemplum, relatum a Cicerone, obvi.



onis præteritarum rerum, decreto Patrum comprobatum est.

Plato non aulis est doctrinam de Deo, reverens Athenas, ex Ægypto, promulgare voluit voritus, ne sibi idem diceretur quod Socrati, hic homo est curiosus et injuriosus.

Penap. M. vel ne simili morte periret.

vid. infra Aristippus Cyrenæicus Socratis discipulus interrogatus, quomodo Socrates obisset, respondit: *εὖ ὡς ἄν ἐγὼ ἐνθάδε ἦν, ut ego optarem.* Hic Aristippus sanæ Socratis motus Athenas profectus est.

Inter Socratis plurimos discipulos fuit

Crito Atheniensis, fuit etiam *Ἀλκιβιάδης*

S. B. 1. 8. non Orator, sed Atheniensis, Cebes Thebanus, Phaedon, Cimon corinthius. *G. 12. 16*

vid. infra Phadone dicti sunt Philosophi Iliaci et Eretrici.

Circa Olymp. 95. floruit Aristippus, etiam Socratis discipulus. Hic

suos sortatus est, ut sui sub Socrate

co-discipuli essent. Hic primus

amicam Doctam instituit. Docbat in Gymnasio, quod Gynasargos appellatur: atque

inde quidam volunt dictam Doctam Gynicam. Ipse appellatus est *ἑταρολόγος*, sive

plex Canis. Olymp. 96. anno 2. Coronæ *Stolica*

Thonjensium Dux accepta ad Ægyptum

clade, confugit ad Evagoram, contulit

se deinde ad Persas, et illorum Dux belli

navalis eligitur. Lacedæmonia. more

ingenii sumani quò plura habent *ἑταρολόγος*

plura cupientes, non contenti accessione

Atheniensium opum vires sibi duplicatas, *ἑταρολόγος*

tius Asiæ imperium affectare cœperunt, sed

major pars sub regno Persarum erat. Mittit

itaque primum Agesilaum, qui deinde in

Patriam Lacedæmonia revocatus est.

Mittunt itaque in Asiam Lyfandrum

quidam *Πανδρῶν*

Ducem, quem Corone, non tam Persis quam

Patria studens, magno prælio adortus

penitus fudit. Hæc victoria non



eratam laudat Plutarchus. Crisostomus
Stippus, inquit, incidens in Iseomaccham lu-
dis Olympiis, quaesivit, quibusnam disputa-
tionibus Socrates ita animos adolescentum
afficeret: acceptisque exiguis sermonum ear-
seminibus, atque documentis, ita vebemen-
ter sensit animi ardorem, ut et corpus mar-
cesceret, et plane pallidus gracilisque redde-
retur: donec sitibundus et flagrans Athe-
nas navigavit, ac ipso de fonte hausit
Socratemque et doctrinam eius, atque Philoso-
phiam cognovit: cuius philosophiae finis est
perspicere sua mala iisque liberari: Quod
de Atheniensibus dicit Euripides. Sic in-
sero. Quemadmodum igitur, inquit, olim
apud Athenienses, nemo omnium quantumvis
popularis ausus fuerat accusare aut reum fa-
cere magnum illum et senem Socratem, à cun-
ctis pro vivo sapientiae simulacro habitum,
nisi temulentia, amentia, et dissoluta Bacchi-
natum et pervigilii per summam licentiam

acti insolentia, ad risum, contumeliam, ali-
osque lubricos et perniciosos animorum motus
in hominibus concitandis inventa: abusus
primus Aristophanes, dum corruptis menti-
bus risum conciliat, et cantilenas communi-
ter à saltantibus accinendas introducit, the-
atrum totamque caveam ad se pertraxisset,
qui, in tantam viri sapientiam per ludibrium
obijcit pulicum saltus, nubium formas et speci-
es depingit, atque id genus alia, quae ad com-
movendum risum nugari comminisci solent
Comodia. Itaque nonnulli cernentes primum
ad aurium delinimenta congestam populi, ac-
cusationem instituerunt, et impiam, ad oppri-
mendam illum actionem intentare sunt ausi:
sed unius interitus toti civitati calamitatem
attulit. Item qui temporum rationem ad
calculos vocat, haud difficulter intelliget
à sublato violenta necesse Socrate, nullum
postea egregium facinus ab Atheniensibus

bus fuisse editum, nam et civitas illa per-
abiit, et peream cuncta Graecia simul con-
cidit. Habuit sic Socrates multos di-
scipulos, inter quas etiam erat Alcibiades
ut supra diximus, de quo talem opi-
niam refert Seneca de Beneficiis. l. 1. c. 8.
Socrati cum multa multi pro uis: quis-
que facultatibus offerrent: Alcibiades per-
petuus auditor, Nihil, inquit, dignum te
quod dare tibi possim, inuenio, et hoc
unum modo me pauperem esse sentio.
Itaque dono tibi, quod unum habeo, me
ipsum; Hoc munus rogo quaecumque est
boni consulas, cogitesque alios cum mul-
tum tibi darent, plus sibi reliquisset. Cui
Socrates: Quidni tu, inquit, mihi ma-
gnum munus dederis, nisi forte ^{parvo} magno
te aestimas? Habebis itaque curam, ut
te meliorem tibi reddam quam accipis.

Vicit Alcibiades hoc munere Alcibiadis
parem divitiis animum, et omnem iuue-
num opulentorum munificentiam. Item de
Phaedone Socratis discipulo. Coll. l. 2. c. 18.
Phaedon Thidensis ex cohorte illa Socratica fuit.
Socratiq; et Platoni per fuit familiaris, ejus
nomini Plato illum librum divinum de im-
mortalitate animae dedit. Is Phaedon servus
fuit formam atque ingenio liberalem, et ut qui-
dam scripserunt, a lenone Domino puer ad-
merendum coactus. Cum Lebes Socraticus, sor-
tante Socrate emisse dicitur, habuisseq; in phi-
losophiae disciplinis: atque is postea Philoso-
phus illustris fuit; sermonesq; ejus de Socrate
admodum elegantes leguntur.

Versus de Epicteto ^{per} libero servo facto
Δεῖλος Ἐπίκτητος γενόμενος, ὃς βωρῆς
καὶ τρυφῆς ἴσος, ὃς ἦλθε ἀβύδατος
Ut diximus supra. Olympo 96, anno 7. Conon
ad Persas exul venit et ut Justin. loquitur
l. 6. c. 1. amissa bello Patria Cyprum exula

bat. Habuit ibi praelium cum Pisandro, et
quamvis dux Persarum esset tamen ut dicitur
Justin. l. 6. c. 3. non tam Persis quam pa-
triae studebat, et sicut afflictis Atheniensium
rebus aut soramissa dominationis fuerat,
sic valebat idem Saberi reddita patriamque
vincendo recipere, quam victus amiserat.
Fatum illud Athenarum fuit, ut ante a Per-
sis cremata, manibus eorum, et nunc a face
daemonis diruta ex spoliis Lacedaemonia-
rum restituerentur; versa quoque vico nunc
Sabere socios, quos tunc hostes Sabue-
rant; et hostes nunc paterentur, cum quibus
juncti tunc artificissimi sociotatis vinculis
fuerant. Justin. c. 6. l. 6.
Vixit circa haec tempora Demosthenes Orator
cujus Pater erat ναξαποτοιοις ut dicitur
Juvenalis Satyr. 10.

Savus et illum
Exitur eripuit, quem mirabantur Athenae
Torrentem et pleni moderantem fena beati.
Diis ille adversis genitus, fatus

Quem Pater ardentis naesae feligine lippus,
f carbone et sprecipibus, gladiosq; paravit
Incubo, et luto Vulcanico ad R. Setora misit.
Valer. Maxim. l. 3. c. 4. ita de ejus Patre
loquitur. Quam matrem Juripides et quem
patrem Demosthenes Sabuent; ipsorum quo-
que seculo ignotum fuit: alterius a matrem
olera, alterius Patrem cultellos venditasse
omnium pone doctorum litera loquuntur.
Sed quid Demosthenis Oratoria vi claria.
Thyrsius addit; Plutarchum dixisse De-
mosthenis summi illius Oratoris Patrem
Demostenem dictum fuisse, quod supra
diximus, illumque teste Proponpo Histori-
co, virum probum, honestum, Maceropium
cognominatum ab officina gladiatorum, quem
Athenis egregiam, multisq; artificibus seruis
instructam habebat. Matrem ejus Thespi-
anes tradit ex barbarâ muliere et Atheniensis
cum quodam exule natam. id verum si nec
ne, incertum est, nam ad falsam calumnia



id objectum Demostheni ab amico putatur.
Fuit autem Demosthenes Orator omnium
maximus, ut sub Oratoris nomine apud Graecos
Demosthenes intelligatur, sicut apud nos Cicero.
& quantum potuerit industria apud hunc
hominem loq. Val. Max. l. 8. c. 7. Graeca quoque
industria, quoniam nostrae multum profuit,
quem meretur fructum Latina Linguae recipiat.
Demosthenes, cuius commemorato nomine, maxime
eloquentiae consummatio audientis animo ob-
oritur, cum inter initia iuventutis, artis, quam
affectabat, primam literam dicere non po-
sset, oris sui vitium tanto studio expugnavit,
ut ea à nullo expressius afferretur. Deinde
propter nimiam exilitatem acerbam auditu
vocem suam exercitatione continuâ ^{ad} matu-
rum et gratum auribus sonum perduxit.
Lateris etiam firmitate defectus, quas
corporis labilitas viror negaverat, à la-

bore mutuatus est. Multos enim versu-
no impetu spiritus complectebatur, eosq;
adversa loca celeri gradu scandens, pronun-
tiabat. Ac padosis altioribus instans, decla-
mationes, fluctuum fragoribus oblectantibus
cedebat. ut ad fremitus concitatarum concio-
rum patientia duratis auribus uteretur. Ir-
ratur quoque ore in sortis calcibus multum pedin-
loqui solitus, quo promptius ac resolutius
vacuum esset. Praeliatus est, contra rerum na-
turam, et quidem victor abiit, malignitatem
ejus pertinacissimo animi robore superando.
Itaque alterum Demosthenem mater, alterum
industria enixa est. Val.
Olympiad. 101 floruit Timotheus Coro-
nii filius, peritus rei militaris et
imperii gerendi. Ille coronam efficit ut
Athensenses fierent maris duces. Timotheus ^{Com. X. por.}
à pictoribus depictus passim exstabat, ^{Is clas. in p. a.}
quasi dormiens reti arbes caperet, quod ^{fectur Tim.}
ille agere tulit, quasi fortunae boae tori C. u. O. 1.

648 g. 4.



ouerent, et non virtuti ejus. Iſocrates
discipulus fuit, Platoni fuit familiaris
Olymp. 101 anno = moritur ^{Lyſias Ora}
tor Olymp. 102. Lacedaemonia Teba-
nis bello preſſi, et ad anguſtias re-
dacti, ad Athenienſium, quibus 30
Tyrannos conſtituerant, ad iſſorum
opem ſupplices coguntur conſugere.
Xenoph. 6. Qui ad Leuctram ſemel fuſi maximo
doluerunt hanc cladem. Ad Mant-
neam vero cum eſſent, Athenienſes
Iſocratem cum 200 iuuenum uno
die conſcriptis auxilio miſerunt. Athi-
nes dicebant facile eſt vobis irari
et placari iterum. Plutarch. 6. ^{ſuperior}
Αθηναίων εναντιος των αι οψη
εποηθη, ατερος δε των αι ελεον.
Olymp. 103. anno 2. Ariſoteles vixit
Athenas annos natus 28, ad Pla-
tonem, et in eo audiendo 20 annos
conſumit. Dion Halicarn. 6. 23.

Eadem Olympiade Tyrannus Eretria
redogorat in ſua poeſtatem Oropum
qua erat juris Athenienſium, quam
cum bello repeterent, Tebanis in au-
xilium accerſitis, depoſiti inſtar tradider-
unt, ſed illi non reſtituerunt, haec cum Plutarch. 11.
ſa acta eſt de Callistrato, qui Demo-
ſtonis ardorem valde auxit. Demo-
ſt. 15. Interrogatus, uter valeret ſuperior
eſſe. reſpondit, ego in ſcribenda ille
in dicendo.
Olymp. 104. Cum Athenienſes florereſſent
et Epaminondas obcubiſſet, delictis
ſe dediderunt. ^{ſuperior}
Olymp. 105. ^{annos} moritur Xenophon. Hic fuit
Socraticus. Primus Philoſophorum, qui
hiſtoriam ſcripſit. Eius ſcripta de ſocrate
dicuntur ερωματα νερευατα. Propter
ſuaritatem dicendi, nuncupatus eſt. Nu-
649



Quint.
10. col.
Lunap.

sa Attica, et apud Attica. Inter
fuit expeditioni Cyri minoris; contra
Antaxerxem Magonne bellum geren-
tis, sane expeditionem decripsit
postea dux exercitus fuit electus
cumq; domum reduxit. Coniungit se
cum Agesilao, ideoq; exilio ab Atheni-
ensibus damnatus. Obiit Corinthis, cum

Laton. 90 annum vitae exisset.
Major. 107.

Olymp. 105. Philippus Macedonia Rex
Amphipolim obsidet, oppugnat, capit.
De eâ cum Philippo Athenienses
postea bellum gesserunt, donec dein-
de per 10 annos pacem fecerunt.
Diod. l. 16. c. 8.

Olymp. 108. anno 3. Athenienses poten-
tia sua elati, asperos et superbos sese
exhibent adversus socios, quod quoque
facit Caren, qui in Coreyram profectus
cæder rapinas excitat, unde malum

diunt. Athenienses et deficiunt ab
illis, Cui, Rhodii, Cui, Byzantii.
Cum hæc fama percrebisset, suadet
Ispocrates ut pacem faciant, libertatem illis
concedant, et maris imperium omittant.
Sed Athenienses mittunt Carenem et
Cabrionem, qui ad Cuium occubunt, dein-
de Carenem cum 60 navibus, Ispocratem
quoque et Timoteum cum aliis 60 na-
vibus mittunt. Hi conspirant in By-
zantium, Socii ad tuendum Byzantium.
Utiusque classis convenit ad Helles-
pontum. Cum iam dimicaturi essent
ingens procella exoritur, quâ territi
Ispocrates et Timoteus pugnam diffor-
ro voluerunt. Caren vero pugna adu-
statuit sed infelicitate confugit et pro-
lio navali funditur. Victor Athenas
scribit, et Ispocratem ac Timoteum

proditionis accusat, qui fatim mul-
tati sunt pecuniâ, et munus ipsi
est abrogatum. Deinde jussu Thora-
Diod. l. 6. tis pacem cum sociis iniverunt. De
Xenoponte Dico. Laertius l. 2. loqui-
tur. Xenophon, Grylli filius Atheniensis
pago nobis fuit, verecundus admodum
et ultra quam dici possit speciosus. Ajunt eum
quum Socratem in Anagorato quodam habu-
isset obvium, porrecto baculo transire probi-
bitum: percontati vero, ubinam venirent
quae humanis usibus sunt necessaria, quum
ille respondisset: rursus, ubinam boni ac probi
homines fierent, Sarente illo, dixisse Socratem
Sequere igitur et disce. Eunap. ita de eo lo-
quitur. Xenophon Philosophus, qui vir so-
lus ex omni Philosophorum numero, cum scri-
ptis, tum factis sapientiae studium exornavit,
moralem virtutem libris commentariis

consignavit: idem in rebus gerendis facile
praestantissimus dux, qui q. praevendo exemplis
duces et imperatores exercitus genuit. Neque vero
M. ille Alexander Magni cognomen adeptus
fuisset, ni Xenophon virorum fortium res etiam
perfunctorie et quasi aliud agentibus facti-
tatas memoria ac literis prodendas esse
monuisset. De Timotheo Imperatore Atheni-
ensi ita loquitur Corn. Nepos. p. m. 99. Idem
Classi praefectus, circumvebens Peloponnesum, La-
coniam populatus, classem eorum fugavit. Cor-
cyram sub imperium Atheniensem redegit, so-
ciosq. idem adiunxit Epirotas, Athamanas, Ca-
onias, omnesq. eas gentes, quae mare illud ad-
iacent. Quo facto Lacedaemonii de diuti-
na contentione destiterunt, et sua sponte Athe-
niensibus imperii maritimi consulatum vel prin-
cipatum concesserunt pacemq. his legibus
constituerunt, ut Athenienses mari duces essent.



Quae victoria tantae fuit Attycis laetitia,
ut tum primum aere sacri publicae sint factae,
eiusq; dea pulvinar sit institutum. Cujus laudem
ut memoria maneret, Timotheo publice statu-
am in foro posuerunt. Qui bonos huicuni
ante hoc tempus contigit, ut cum Patre popu-
lus statuam posuisset, filio quoque daret.
Sic juxta posita recens filii, veterem patris
renouavit memoriam. Sic elegans huic Timo-
theo dat testimonium. l. c. Officior. Africa-
nus eloquentia gloria cumulavit bellicam;
quod idem fecit Timotheus Cononis filius, quia
belli laude non inferior fuisse, quam Pater, ad
eam laudem doctrinae et ingenii gloriam adiecit.
S. Tusulan. quaest. de eodem loquitur Timo-
theo hisce verbis. Timotheum, clarum soni-
nem Athenis, et principem civitatis, ferunt,
cum coenauisset apud Platonem, eoque convivio
admodum delectatus esset, vidissetq; cum pa-
